Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



De sede Ducum Meraniæ Roschmannus Diss. de orig. Fund. Stamf. p. I, C. I: Interim autem ex hoc noto, istam vicinam Meranensem forte continuam horum Ducum sedem non fuisse; cum primus statim Bertoldus Forum Anzontanum ex altera Amipa versus Noetlingam situm in obversam, ubi modo essent Episcopus Archidiaconum Regia transtulisse etc. Licet enim totius Bavariæ, locus præcipuus Meranum effecisse eorum Ducum sint provinciarum locus præcipuus Meranum fuerit; frequentius tamen Duces Meraniæ in Arnivalle, sive Tauri; sive Anzonte, quam morati fuisse existimo, quia hac in vicinia pluga bona propria possederunt. Caterum ex ea, quod perpauca, aut forte nulla, Ducum Meranensium diplomata Meraniæ data legantur, minime sequitur, eosdem a

1) Cl. Frölichius Archiep. Carinth. p. II, C. 4, allegat Kellenpacheri Annal. Gemifan. ubi l. 2, c. 12 in diploma confirmationis privilegiorum memoratur Marchio Bertholdus de Istria, et filius ejus.

10) Leutnerus Hist. Westfal. sec. VI C. 4, ex tabulis domestiis hæc ita narrat: Anno 1187. sub Friderico Barbarossa Henricus Comes de Tirol pro remedio animæ suæ, fratrisque sui Bertholdi donavit S. Petro liberaliter vineam territorii Rufiani in loco, qui sub dosso vocabatur, eamque sine omni censu possidendam tradidit, pro censu vero seu pensione inde solvenda designavit aliam suam vineam in propinquo sitam, ex quo census illa penderetur, et nos omni onere liberaret. Donationem firmaverunt testes nobiles ac ingenui Hetzil. Henricus, Albertus. præterea Henricus et Marquardus ex ministerio Comitis. Hac donatione non contentus Henricus Comes alium adjecit agrum prope castrum proprio nomine Tirol appellatum, eumque iterum omni censu liberum voluit, alio ejusdem territorii fundo in ejus locum substituto, ut nobis omni molestia exemtis esse Comes ex proprio onus allevaret.

11) Gentilottus in Addit. ad Ughelli, t. V in Epp. Tridentinis. An. 1182 In diplomate Cæsareo testes sunt Rudolfus Imperialis aulæ Protonotarius. Albertus Tridentinæ Ecclesiæ Vicedominus. Magister Romanus. Henricus Advocatus (nempe Teriolensis Comes). Henricus Comes de Eppan et Henricus nepos ejus Henricus de Arcu. Kibaldus de Ganiago. Rudegerus et Arnoldus de Livo. Thuringus de Eppan. Kätelogus de Wineck. Rudolfus Imperialis Camerarius. Engelhardus de Winsperg.

1 Acta sunt hæc Anno Dominicæ 1182 — Datum Viterbii in Festo S. Fabiani Martyris. Die 20. Januarii Indict. IV. Feliciter amen.

12) Apud Reichelbechium Hist. Frisig. t. I, p. I, p. 370: In nomine S. et Individuæ Trinitatis. Ego Adilbertus Dei gratia Frisingensis Episcopus notum esse volumus tam præsentibus, quam futuris, quo pacto Advocatiam bonorum nostrorum, quæ habemus tam nos, quam nostri in montanis; in Episcopatu scilicet Brixinensi; et in Episcopatu Tridentino, et in Episcopatu Curiensi, concessimus Bertoldo Marchioni Istriæ et filiis ejus Dalmatiæ, Croatiæque Duci etc. Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis M. C. LXXXII.

13) Gewoldus Add. ad Hundii Metr. Salisb. t. II in Alderspach affert diploma Friderici I Imp. in quo testes sunt Rugerius Ko-